Dem Edlen Mannen, freundtlichen
vnnd hertzliebsten Brudern herrn
Adam Vetter, sen: am izo zu
am Boden see wohnhafft
eigen handen.

Lindaw am
Bodensee.

Salutem. Nobilissime et amicissime Dne Adame. Te saluum
e Carinthia in rus tuum rediisse gaudeo et gratulor. Ego nunc
quidem, diuina gratia viribus reparatis ab ardente febri, qua
ipso Johannis die correptus mense Junio et Julio periculose
conflictabar, bene valeo. Uxor vero mea lenta tussi et tabe
paulatim videtur deficere, quae causa fuit, cur illius post
tuum abitum ipso Laschaeis, ipsa sic cupiente, oes commen
sales dimitterem, praesertim cum importunus ille Rhenus
stomachum adeo nobis commouisset. D. Paulus Ungarus me
cum quidem habitavit ad abitum usque 20 mensis Octobris in patri
am rediit. D. Münster itidem Musaeum suum retinuit ad
mensem usque Septemb. Nunc in urbe vivit. Nos solitudine
nostra gaudemus. Ungari et Belgae studiosi frequentes sunt
in nostra Academia. Ecclesia per Dei gratiam et Respub. tranquillitate
gaudet. Vicina Francofordia intestino dissidio etiam nunc
conquatitur, et iampridem haud dubie a militie Spinolae oppressa
fuisset, non absque Palatinatus periculo, nisi ordinum copiis
retardaretur. Inter partes illas hactenus pacis consilia tractata
sunt: nunc quia Pontificii velitationis tempus traxisse depreben
duntur, omnia ad apertum bellum spectare metuuntur. Reditus
tuus ad nos, quem ad Calend. Maias te promittere ait Franciscus,
erit nobis exoptatissimus. Etsi autem de futuro nil certi polliceri
habeam: si tamen saluos nos inveneris, nolim dubites, te
commodum hospitium vel apud nos, vel nostro studio apud
amicum aliquem in urbe, ubi minus longe a concionibus factis
absis, reperturum esse. Nudius tertius D. Sultzerus ex Mar
chia ad nos saluus rediit. Caetera etiam hic salua sunt, et tuus
Franciscus, credo quod et Adamus, salui. Saluus igitur et tu sis atque vale
ab plurimum in Dno. Heidelb. 11 Nov. 1614. T. D. Pareus.

... Serenissimi
... monitorias
ad Francofurt.

Nobilitate virtute et
eruditione praestanti viro
D. Adamo Steinius a
Freuden berg L.
Dno et amico suo
plurimum honorando.

Dem Edlen ...
Vnnd ...
...

... indarn
Boden ...

L. S.

Edler Vester Ehrnvester grossgünstiger
Juncker und geneigter Förderer, Neben
erbietung meiner iederzeit bereitwillig
und geflissenen dienst, soll denselben
uff E. Gst. begehren, Ich nicht unvermeldet
lassen, Das ich zwar [illegible] denn desselben
bei gehabten Bruder Bernhard [illegible] Steins
etlicher Stucks feldts des seinen Zehrens,
welches aber [illegible] ausgenommen Churf.
Consens geschehen. Verkaufft, ob [illegible]
aber doch seine habenden Zehrung [illegible]
dieselben noch wieder verkaufft werden
sollten, schon gefehr auch ein [illegible] kaufen
gulden anwendet, Auch thue E. Gst. ich
inliegende ein Verzeichnuss derer schuld
damit E. Gst. Ir Bruder verhafftet, aber
senden, auff welches dieselben geneigt
ersehen, wie hoch sich solche schuld erstrecken,